

Vniuersa Theologia Scholastica, Speculatiua, Practica

Ad methodum S. Thomæ, quatuor Tomis comprehensa

Tanner, Adam

Ingolstadii, 1626

III. An, & quomodo mundus corporeus c perit; & an aliqua creatura a potuerit esse vel creari ab æterno, salte[m] secundum absoluta[m] Dei pote[n]tia[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72856](#)

D. V. B. L. V. M. III.

*An ergo quomodo mundus corporeus
cooperit; et an aliqua creatura
per absolutam Dei potentiam
potuerit esse ab eterno.*

S. Thom. I. p. q. 46. a. 3. non obstante

IN hac re certum est primo, mundum corporeum aliquando cœpisse, nec villam creaturam, prout ipsa actualiter existit extra suas causas, ne ipsa fuisset coeternam Deo, nec participata quidem aeternitate, ut passim Scriptura & fides docet, & probatur est supra disp. 2. q. 5. dub. 2. & q. 8. dub. 6. pricpe vero constat ex illo Gen. I. v. 1. In principio creavit Deus celum & terram; ubi nomine principi significari principium temporis alii interim bonis explicationibus non exclusi, iuxta Augustinum I. in Gen. ad lit. c. 2. & S. Thomas hic q. 46. a. 3. communiter tradunt SS. Patres, & definitur in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. & refertur cap. Firmatus, de sum. Trinit. & fid. Cathol.

Eadē quoad mundi inchoatione fuit cōsūmata sententia veterum Philosophorū, vt testatur ipse Aristoteles I. de celo tex. 102, licet ipse variis locis, & constanter mundum ab eterno fuuisse docuerit, vt videtur est apud eundem lib. 8. Physic. & I. de celo. & I. 2. de generat. & I. 2. Metaph. nec videtur dissentire Averroes 8. Physic. & lib. 1. de celo. Idē tribuunt Platonis Porphyrius, Lamblichus, Plotinus, Proclus, Apuleius, & alii; sed verius videtur, Platonē quoad hoc antiquis Philosophis adhæsisce, vt referunt Cicero in Tuscul. quæst. Laertius in vita Platonis, Philo Iudeus, Plotinus, Aphrodiseus, & testatur ipse Aristoteles lib. 8. Physic. c. 1. tex. 10. & satis colligitur ex ipsis Platonis libris, Timao, Critia, & libris de Repub. si bene expéndantur. Nec defuit qui etiā Aristotelem ab eo errore vindicare conetur; quasi solū ad hominem fuerit argumentatio, nec, nisi per motum, vt veteres dicebat, mundum incipere non potuisse, demonstrare voluerit; in quibus est S. Thomas hic q. 46. a. 1. Albertus 8. Physic. tract. cap. i. Argentiniani 2. dist. 1. q. 2. a. 1. Sed Aphrodiseus, & veteres Interpretes repugnant, nec facile ipsa Aristotelis lecho, & tam frequētate iterata repetitio eiusdem sententiae cā explicatione admittit, vt recte notarunt Comimbricenses lib. 8. Physic. c. 2. q. 3. a. 1. & sequitur Vasquez disp. 177. cap. 1. eisī contrarium sibi persuaserunt Gregorius de Valentia disp. 3. q. 3. pun. 1. & nonnulli alii.

Alius fuit error Platonis, & Platoniorum, qui saltem materiam Deo coeternam & ingenitam fuisse tradi derunt; quod ēt Pythagorici & Stoici tradi derunt, & secuti sunt multi heretici, vt Marcion, apud Tertullianū lib. 5. cont. euhdē, & Hermogenes, apud eundem in proprio lib. cōt. Hermogē vbi Tertullianus eos, qui ita senserunt, vocat hereticos materiaios: item Manichæi, apud Gregorium Nyssenum lib. de opific. hom. c. 23. & Augustinū hæresi 59. tametsi nullus hæreticorū mundum ipsum fuisse aeternū docuerit, vt notarunt Gregorius de Valentia cit. disp. 3. q. 3. pun. 1. & Vasquez disp. 177. ca. 1. Et vero præter alias rationes congeuentias, adductas à Valentia loc. cit. quib. probatur, mundū non fuisse aeternū, optimū ēt, & quasi morale argumentū sumit ex eo, quod nulla extant antiquitatis monumenta, quæ superent memoriam

quinq; vel sex milliū annorum. Etenim ex historiis profanis vetustissima creditur esse ea, quam Berodus Chaldaeus conscripsit, quæ tñ non excedit memoria diluvii Noetici, vt testatur Joseph. I. cōt. Apionē. In sacrâ antiquissima est Moysis, vt ostendunt Iosephus ibidē, iustinius Apolog. 2. Clemens Alexandrinus I. Strom. Tertullian⁹ in Apologet. c. 19. Augustin. I. 18. de ciuit. c. 37. Et ea tñ ipsa Moysis historia, memoria solum mille ducentorū & 50. circiter annorum ante diluvium, & in ea ipsam quoq; mundi originē cōplexa est. Cum aut̄ diluvio vsq; ad hoc tempus secundum Chronologiā Hebreorum, non fluxerint plures, quā ter mille nongenti & viginti octo anni, vel secundū Chronologiam LXX. Ecclesiæ & SS. Patribus magis vītātā, quater mille, quadringentū, octoginta, & aliquot annū: necessario sequitur, non habere nos historiam antiquiorem, quam sit memoria annorum quinque mille, quingentorum, octoginta quatuor, vel secundūmālā Chronologiam annorum quāquies mille, sexcentorum, octoginta & aliquot annorum, Rationes vero Aristotelis, Averrois, Proclī, & aliorum pro aeternitate mundi facile dissolunt S. Thomas hic q. 46. a. 1. & lib. 2. cont. gent. c. 3. & fūse Perierius lib. 1. 5. Physic.

Secundo certū est, mundum corporeū cōpisse cū aliqua duratione cōcreta, intrinseca & propria, siue ea fuerit aeterna; siue tēpus propriū sumptū; prout nimur aut Philosophi varie sentiūt de duratione rei corporeae permanentis; vel prout etiā de primo statu mundi creati, ipsiusq; tēporis initio varie licet philosophari, vt dicetur dub. seq. Ex quo interī supponim⁹, simul cū mundo corporeo incepisse tēpus, mundūq; adeo creatū fuisse initio veri ac propriū tēporis.

His positis, celebris est controvērsia, an saltēm per absolutam Dei potentiam mundus, aut vīla omnino creatura, potuerit esse ab eterno. De qua re sunt vīnuerū sex Philosophorum & Theologorum sententiae. Prima absolute affirmat, potuisse mundum ab eterno produci, quoad omnes suas partes. Ita Ariminiensis 2. dist. 1. q. 3. Gabriel ibidē, Ockā in 2. sent. q. 8. & quodl. 2. q. 5. aliiq; Nominales; & quod res permanentes cōsentiantur quoad successiua, prohlemitice defendunt Comimbricenses I. 8. Physic. c. 2. q. 6. & 7.

Secunda ab soiute negat vīlam creaturam potuisse esse vel produci ab eterno. Ita docēt Guilielmus Parisiensis I. partis de vniuerso part. 2. cap. 8. Albertus in suni, part. 2. tract. 1. q. 4. mem. 2. & in 2. sent. dist. 1. art. 10. Henricus Gandauensis quodlib. 1. q. 7. & 8. Marsilius in 2. q. 1. a. 2. quos sequitur Toletus lib. 8. physic. q. 2. & Murcianus lib. 8. Physic. disp. 1.

Tertia sententia est Bonaventura in 2. dist. 1. a. 1. q. 2. vbi negat, potuisse vīlam creaturam ab eterno produci ex nihilo; tametsi concedat simul, potuisse ab eterno produci ex materia Deo coeternā & ingēnitā, si qua nimur talis daretur. Quod est dicere absolute loquendo, non potuisse ab eterno produci.

Quarta sententia est, potuisse mundum produci ab eterno, quoad partes permanentes, non autem quoad successiua. Ita Durandus in 2. dist. 1. q. 2. & 3. & sequitur Vasquez hic disp. 177. cap. 3. & Ruuius Physic. quæst. 2. & 3.

Quinta sententia est, potuisse mundum produci ab eterno, quoad omnes res, cum quarum aeterna duratione non sit coniunctum aliquod infi-

nitum secundum omnes suas partes actu existens; non autem quoad aliquam rem, cum qua sit coniunctus eiusmodi infinitum actu; seu quod idem est, potius mundum eum omnibus suis rebus tam permanentibus, quam successivis esse ab æterno; modo ne simul ponatur aliquid, ex quo eiusmodi infinitum sequatur; vti V.G. lequeretur, si suissent generationes humanæ ab æternis; unde enim simul actu existentes infinitæ animæ. &c. Ita docet S. Thomas hie q. 46. art. 2. vbi ait: Mundum incepisse est credibile, non autem demonstrabile, vel scibile. Et hoc inquit, utile est, ut consideretur, ne forte aliquis, quod fidei est, demonstrare præsumens, ratione non necessariæ inducat, qua præbeant materiam irridendi infidelibus, existimantibus nos propter huiusmodi rationes credere, quæ fidei sunt. Idem prosequitur fusus in solutionibus argumentorum, præsertim resp. ad 8. Idem docent Heraclitus in 2. dist. 1. q. 1. Caproclus in 2. dist. 1. q. 1. Sonzinas 12. Metaph. q. 3. 1. Caecilius hic cit. a. 2. & c. Sotus lib. 8. Physic. q. 2.

Sexta sententia est, et si quidem consulendo ratione naturali, & argumento hactenus ex ea de depraorta, non possit demonstrari impossibilitas æternitatis imidi; saltem quod res permanentes; in perpendendo simul, ut par est, autoritatem SS. Patrum, ut sequuntur sentientia, mundum quoad nullam omnino ratione posuisse esse ab æterno; ac proinde existimandum esse, huius impossibilitatis subesse aliquam rationem, licet ea nondum satis comperta videatur. Ita docet Gregorius de Valentia hic disp. 3. q. 3. pun. 2.

Affertio I. Impossibile est, et secundum absolutam Deipotentiam, ut entia intrinsece successiva, qualia sunt tempus & motus, fuerint ab æterno. Ita sententia Authorum 2. 3. 4. & 6. sententia; quo sit, ut hæc affertio sit communis Doctorum, quam fere omnes et recentiores sequuntur, teste Ruuius. Probatur, præterea, que dicuntur pro affertione 2. & 3. Primo. Quia impossibile est, ut sit ab æternum, de cuius ratione intrinseca est habere esse, post non esse talia sunt entia successiva: Ergo. Maior patet. Minor probatur. Quia est dæratione intrinseca motus, ut supponat solum subiectum etiæ prius duratione existens: siquidem est de ratione motus, ut ratione illius subiectum nunc aliter se habeat, quam prius; & impossibile est, cogitare motum esse, quod nunc & in omni duratione antecedere eodem modo se habuit. Et cum tempus sit numerus, aut duratio motus, eadem est ratio procedit de tempore.

Secundo. Quod necessario successiva producitur, non potest esse ab æterno: sed omne ens intrinsece successiuū, ut tempus, motus, necessario successiva producitur: Ergo. &c. Maior tanquam extra controuersiam posita tribuitur S. Thomæ hic q. 46. a. 2. ad 1. à Valentia cit. pun. 2. notab. 4. & probatur. Quod enim successiva producitur, necessario tempore est posterius causa producente; quandoquidem ad eius productionem requiritur successio, quæ non potest esse sine mora. Minor videtur per se nota: quia impossibile est, ut simul producatur (productione transiente) quod intrinsece successuum est; quin eo ipso & simul esset, cum simul producatur; & non simul esset; quia est ens successuum.

Tertio. Ad cuius existentiam necessario requiritur mora, impossibile est, ut sit ab æterno: sed ad entis successivi existentiam necessario requiritur mora: Ergo. &c. Maior & minor constant ex dictis.

Quarto. Si entia successiva, ut motus & tempus, fuissent ab æterno, tunc daretur infinitum actu, numerum infiniti dies, infinitæ circulationes actu in rerum natura posita. Sed consequens est impossibile, ex dictis supra disput. 2. q. 4. dub. 2.

Quinto. Aut tempus ponitur ab æterno, secundum se totum, vel secundum aliquam in sui partem: neutrum potest dici. Non primum; quia alias omnes partes temporis fuissent in se coegerit, adeoque simul; quod est impossibile; cum necessario una sit altera, posterior. Nec secundum; tunc ob dictam causam, quia argumentum pariter procedit de qualibet parte temporis. Tum quia per se absurdum est, ut pars temporis diutius duraent, quam torum tempus. Atque hæc meo iudicio evidenter probant positam assertionem.

Assertio II. Impossibile item est, secundum rationem naturali, ut mundus fuerit ab æterno, quoad res permanentes. Ita sentio cum Auctoribus secunda sententia, a qua res ipsa non dissentit Bonaventura, ut dicit: eademque plane est sententia SS. Patrum, ut sequenti assertione dicetur. Probatur. Primo, quia nulla creatura, etiam permanens, potuit esse ab æterno, nisi per creationem: seu productionem ex nihilo; aut saltem presupposita secundum naturam creationis alicuius ex nihilo, ut omnes fatentur: sed impossibile est, ut per creationem ex nihilo aliqua creatura fuerit ab æterno: &c. Ergo. &c. Minor probatur. Quia, ut dicit dubit in definitione creationis, vocula *Ex nihilo*, significat terminum a quo intrinsecum ipsum creationis. ut cum S. Thoma ibidem, & communis Theologorum docet est Vasquez disp. 172. c. 3. n. 12: Atqui in omni mutatione vel productione terminus a quo debet natura vel tempore procedere terminum ad quem, seu ex aliem etiæ eiusdem, ut facientur omnes: Ergo etiam in presenti Nihilum rei debet natura vel tempore procedere existentiam rei creatæ: quodlibenter est cum Marsilio in 2. q. 1. a. 2. Bonaventura in 2. dist. 1. a 1. q. 2. & a. 3. q. 1. Scoto in 2. dist. 1. q. 2. adeoque communis Doctorum, fateretur Vasquez loco citato: atqui impossibile est, ut Nihilum rei procedat solum natura, & non ex duratione ipsam existentiam rei creatæ: Ergo debet est tempore antecedere rei creatæ: ac proinde impossibile est, ut res aliqua creetur, seu producatur ex nihilo ab æterno. Dux sequentiae posteriores sunt manifestæ.

Assumptio, vnde tota vis argumenti pendet, probatur. Quia ut Nihilum natura antecedat, non satis est, ut res aliqua ex seac sua natura nihil futura fuisset, nisi a Deo præueniret; hoc n. non est natura prius re fuisse nihil; sed futuræ fuisse nihil, nisi præueniret; ut ex terminis patet: sed necesse est, ut a parte rei Nihil ipsius rei fuerit saltem natura prius, quia res esset: at vero impossibile est, & manifesta in terminis contradictione inveniatur, ut Nihil ipsius rei vere præcedat, seu existat, & solum sit natura, & non est tempore vel duratione prius, quam res ipsa: tunc n. Nihil rei, & res ipsa: simul esse deberent in eodem instanti temporis vel durationis, quod est impossibile; Ergo impossibile est, ut Nihilum rei præcedat solum natura, & non etiam duratione existentiam rei creatæ.

Idem docent in simili, qui recte philosophantur, de priuatione ad generationem præmia; nempe priuationem in omni generatione naturali, de qualitercutus est Aristoteles, & ad quam velut Principium requiri priuationem, necessario & natura, & tem-

pore antecedere instans generationis; quod si per creationem simul producatur materia cum forma, eius generationis seu productionis principium non esse priuationem in materia; nec de hac productione locutum esse Aristotelem. Eademque est communis & solidissima ratiocinatio SS. Patrum contra Arianos, ut inferius dicitur assert. 3.

¹⁴ Duo solum contra eam obici possunt primo, quod ita Anselmum in Monolog c. 8. S. Thomam hic q. 46. a. 2. ad 2. & Durandum loc. cit. vocula, *Ex nihilo*, in definitione creationis. accipi potest etiam negatiue duntaxat; ut sensus sit. Non ex aliquo, seu ex nullo subiecto presupposito; quod verificari potest, etiam si nunquam praecelerit Nihilum, velut terminus a quo, nec natura, nec tempore.

¹⁵ Respondeo, hanc non esse sufficientem, & ad quaquam explicationem eius vocis, ut ex S. Thoma dictum dub. 2. non solum quia hac ratione est generatio aeterna Filii esset creatio; quia est ex nulo subiecto; nec omnino ex aliquo secundum durationem presupposito; sed etiam quia cum omnis creatura sit ex se ac sua natura nihil, debet ipsa per creationem (quando sit tota simul) ex suo quasi nihilo extrahi; ita ut terminus a quo, si ipsa nihil eiusdem rei. Quo posito, infallibiliter sequitur, nihil, & non esse ipsum rei debuisse est tempore antecedere creationem, sicut viuens terminus a quo non solum natura, sed et tempore antecedit productionem instantiam & existentiam termini ad quem: licet non ideo, quicquid altero natura prius est, etiam tempore sit prius, ut patet in substantia solis, respectu lucis ex ea emanantis.

¹⁶ Secundo obici potest instans de sumpta a personis diuinis: Quia si hoc argumentum aliquid probaret, simul probaret etiam productionem Filii in diuinis esse debere a non esse Filii, velut termini a quo, tempore vel natura prioris ipsa productione eiusdem: quo posito, pariter concludetur, Filium non fuisse coeternum Patri; quod est contra fidem.

¹⁷ Respondeo, esse manifestam disparitatem inter Filium Dei, & creaturas: quia cum existentia sit de ratione & essentia Filii, non potest in ipso iusta essentia secundum ordinem naturae priori esse existentia; ac proinde nec potest eius productio habere terminum a quo. Non esse Filii, sed ea potius est nuda & simplex emanatio sine termino a quo: quia de causa est SS. Patres contra Arianos tantopere pugnabant, Filium non esse ex non entibus, seu ex non Ente; sed esse ex essentia Patris, non ut hec dicat terminum a quo, sed esse intrinsecum, sola origine, non natura praexistentis in Patre, ut si loquuntur dictum disp. 4. q. 1. dub. 7. & 8. Alter se huc res habet cum creaturis, ut dictum.

¹⁸ Secundum rationem ita formo. Nulla res creata potuit produci ab aeterno, nisi eius productio absoluatur & finiretur in instanti conceptibili indivisiibili, & coexistente aeternitate: sed hoc est impossibile. Ergo. &c. Maiorem primum declaro. Voco non instantis conceptibili indivisiibile, quod nullum penitus nec actualem, nec virtuale habet extensionem, sed in genere seu ratione durationis penitus indivisiibile est, ita ut nullum inuoluat moram seu durationem, siue permanentem, siue successivam; cuiusmodi est instantis nostri temporis.

Hoc positum probatur maior. Quia si productio illa creaturæ non absoluatur & finitur in tali instanti; ergo

non finitur nisi in aliqua duratione longiori, quæ sit tale instans; ac proinde indiget mora, ad hoc ut finatur & perficiatur. Ergo impossibile est, ut fierentia seu ab aeterno; quandoquidem nihil potest esse aeternum, quod ad sui productionem & existentiam moram requirit, ut supra etiam de robustis factis suis argumentati fatus.

Nec obstat, quod tale instantis, cum sit instantia temporis, quod antea probauimus aeternum esse non posse, non sit possibile, adeoq; nec cogitabile in aeternitate. Primo non instantia eiusmodi indivisiibile etiam esse potest in re, quæ non mensuratur tempore nostro, sed ævo, aut tempore discreto, ut agendo de Angelis, & Angelis operationibus diximus, & communiter omnes admittunt; & sane cum aliqua creata duratio in re ab aeterno creata admitti debeat, necessario admitti debent eiusmodi instantia eiusdem durationis saltem conceptibilia. Secundo cum instantia est temporis nostri non sit res suæ celsiua, sed perinanæ, hoc est, tota similitudine, quid nō ab Authoribus opposita sententia, quifatentur res permanentes potuisse esse ab aeterno, concedatur etiam eiusmodi instantia esse potuisse ab aeterno? Tertio deniq; quæramus saltem per impossibile, de hac propositione conditionata, si instantis eiusmodi fuissest possibile, aut cogitabile ab aeterno, at tunc in eodem instanti perfecta fuissest creationis illa rei permanenter, certe negari id nullo modo potest, ob factum superius discursu. Cöstatergo Maior.

Minor propositione probatur primo; quia tunc res creata habuisset principium durationis; Ergo non fuissest aeterna. Antecedens probatur. Quia quicquid est, aut productum a primo instanti sua durationis, seu quod idem est, cuius rei productionis seu existentie primum instantis est assignare, illa res habet principium durationis, sed ex hypothesi, si res, de qua agimus, producta fuissest in instanti modo superius explicato, producta fuissest in primo instanti; quia illud est primum instantis durationis, ante quod non est aliud, & post quod tamen sequitur duratio maioriante illud vero instantis productionis, cum ponatur ab aeterno, non fuissest aliud; Ergo fuissest primum.

Secundo probatur eadem Minor. Quia si produxero illa ab aeterno fuissest ab soluta vno ex modis instanti indivisiibili, tunc ipsum etiam eiusmodi instantis indivisiibile, in quo res ponitur producta, saltem conceptibili fuissest ab aeterno, adeoq; aeternus sed hoc manifeste est impossibile, & inuoluit contradictionem: quia hoc ipso, quod tam formaliter, quam virtualiter est indivisiibile, nequit coexistere vlli durationis, multoque minus aeternitatis.

Potest est eadem ratio in alium modum conformari, ut haec sit ratio tertia; Si creationis vlli rei permanenteris ab aeterno fuissest possibilis, tum ea non potuisse finiri, nisi lapsu totius aeternitatis à parte ante; consequens est impossibile. Ergo. &c. Major probatur. Quia ponatur quodcumque tempus seu duratio finita, ante lapsum totius aeternitatis à parte ante; quanto tempus superius tempus seu duratio finita, an infinita, post finitam creationem: non finita; quia cum antea etiam praecelerit solum finita duratio ex hypothesi, sequeretur hoc ipsis rem solum fuisse tempore seu duratione finita; imo etiam ipsam aeternitatem, quia ponitur duratio res creata, solum fuisse durationem vindiquaq; finitam; quia ex duabus durationib⁹ finitis,

non potest fieri infinita duratio, vt patet. Nec dici potest, superesse infinitam durationem: quia ex hypothesi, ea duratio supponit aliam priorem durationem, in qua res futurata: Ergo impossibile est, ut duratio, quae superest, sit infinita. Quare cum creatio rei non potuerit finiri tempore finito, necessario sequitur, eā non potuisse finiti, nisi lapsu totius aeternitatis ē parte ante, vt propositio maior assūmabat.

23 Minor autem, nempe hoc ipsum esse impossibile, probatur ex dictis, quia sic creatio illa rei indiguit et se & lapsu totius aeternitatis; ac proinde, hoc ipso non potuisse esse aeterna; quandoquidē non potuit existere prius, quam esset producta; nec vero potuit etiam esse producta ex dictis, nisi in termino totius aeternitatis: siquidem productio solum finita & perfecta esse poterat, post lapsum, adeoque in termino totius aeternitatis antecedentis.

24 Aduersus utramq; hanc rationem, hoc solum videatur obici posse; quod si aliquid probaret, probaret et nec productionem seu generationem filii potuisse esse aeternam: quia pariter applicari potest ratio; eam non potuisse esse nisi instantaneam, aut finitam: primi pars post lapsum totius aeternitatis; ex quo sequitur, non potuisse esse aeternam.

25 Respondeo, negando totum assumptum: quia est diversissima ratio, quoad hoc, generationis aeternitatis filii, & aeterna productionis creature; primū ex parte subiecti; quia creatura, vt cuncta, fuerit aeterna, est tamen mutabilis, & natura sua defectibilis. Filius aeternus nequaquam: secundo ex parte durationis; quia creatura non potuit intrinsecè durare & existere per ipsam in creatam & immutabilem durationem aeternitatis; sed solum per creatam aliquam, adeoque, hoc ipso mutabilem durationem: tertio ex parte productionis; quia productio seu creatio creature, quantumvis aeterna, ponitur sua natura, ac re ipsa est finita, productio vero seu generatio Filii, cū sit imanens in Deo, ac ipsa entitas Deitatis, ex se ac natura sua penitus immutabilis est, nec unquam potest ita esse perfecta, vt sit finita seu terminata. Quo fit, vt ei nequaquam possit applicari supradicta ratio, eam scilicet, aut esse instantaneam, aut non nisi lapsu aeternitatis perfectam & finitam; sed est ac huius semper; ac necessario erit, in omnem aeternitatem interminabiliter ac perpetuo perfecta, sed nunquam finita; nec opus habet ad suam perfectionem lapsu aeternitatis: quia intrinsecè ipsi aeternitas, cum sit finita, increata, immutabilis, & interminata, nunquam labitur, sed semper est eadē; idemque, in illa est fieri & esse, perfici & perfecta esse, semel esse ac semper perpetuo; esse: quod tamen in creatura eo ipso, quod necessario ac intrinsecè mutabilis est, nec existere potest, intrinsecè nisi per eternam aliquam & natura sua mutabilem durationem, sive existentiam, longe secus accidit, vt dictum: ut proinde in productione creature recte procedat argumentatio, sed non in aeterna filii Generatione.

26 Atque haec tres rationes, omisssis aliis, quas nihil attinet examinare, ad propositum mihi videtur sufficere: nec meo iudicio sunt minus efficaces, quam quibus probatur existentia Dei. Negi: opus est, ut hinc nostram, de initio mundi his rationibus fulciamus; quando ea longe firmiori fundamento nititur; & aliud est, mundum re ipsa non fuisse ab aeterno producendum, quod est de fide, aliud non potuisse ab aeterno

produci, quod non est de fide, sed ex trinsecè solum confirmare potest propositionem priorem de fide, quod adeo non est improbadum, vt sit etiam magnopere laudandum, ac nonnunquam potest esse necessarium, aut saltem valde opportunum apud eos, qui fidem & fidei principia nondū admittunt. Alioquin etiam S. Thomas nullam debuisse rationem naturalem adhibere ad probandam existentiam, aut infinitatem, vel simplicitatem Dei, aliaque attributa divina, quod tamen, vt suo loco disp. 2. vidimus, accurate ipse & diligenter praestitit.

27 Assertio III. Sed etiam iuxta SS. Patres satendum est, impossibile esse, ut mundus, sive quoad res permanentes, sive successivas, fuerit ab aeterno. Hæc assertio contra Vasquez est non solū Gregorii de Valentia supra, sed etiam omnium authorum secundæ & tertiaræ sententiaz; ita etiam ipsius S. Thomæ loc. cit. qui solū negat, id posse probari extractione naturali evidenti, non autem ex principio fidei, vel auctoritate Patrum. Probatur ipsis Patrum testimonis, quibus sane quadem meo iudicio non satisfacit Vasquez cit. disp. 177. c. 3. Etenim Basilius lib. 2. cōt. Eu-nomium antemed. ait: *Nos eiusdem dementi esse putamus, & creature aeternitatis testimonium prebere, & creare a Dominum hac confessione priuare.* Vbi notandum, non dicere, esse eiusdem falsitatis, aut erroris, aut infidelitatis, sed dementie; quæ non potest nisi illi dicitur tribui, quod ipsi est rationi naturali apertere aduersatur, vt & adiunctum exemplum, cum quo Basilius rem præsentem comparat, apertere demonstrat.

Ambrofius lib. 1. hexaem. cap. 3. Quemodo, inquit, coeterum Deum mundum afferunt, & creator omnium so-ciant, atque aequaliter (duratione) effundant creaturam? Vbi contra Philosphos disputans, ex ipsa ratione, creature superius exposta, argumentum sumit, ad probandam impossibilitatem aeternitatis mundi.

28 Augustinus lib. 1. de ciuit. cap. 15. de Angelis loquens ait: *Quomodo creati dicendi sunt, si semper nūsse intelliguntur?* Vbi rursus aeternitatem cum ratione Creationis pugnare sentit. Et multo apertius lib. cont. Felicianum Arianum ante med. ita definit: Creaturam: *Creatura est ex eo, quod adhuc non est, aut aliquando non fuit, rei cuiuslibet corrupebilis, quantum in se est (nisi videlicet a Deo sustentaretur) Patri omnipotenti Dei voluntate facta substantia.* Et subiungit: *Hæc definitio utrum in Dei cadas Filium, videamus.* Vbi plane vides, iuxta Augustinum, rationem ipsius Creationis & creature depositare præium nihil, ex quo creatura produci debuit, ut in prima ratione primæ assertoris argumentatis sumus.

Denique Damascenus lib. 1. fid. cap. 8. Naturam, inquit, minime comparari est, (quasi dicat, minime patitur) ut quod ex nihilo in ortum producatur, eandem cum suo principio aeternitatem habeat. Et ibidem: *Creatio cum a voluntate proficiatur, Deo profecto coeterna non est.* Vbi tum ex eo, quod creatura est ex nihilo, tum quod voluntarie a Deo producta est, probari putat Damascenus, eam non posse suo principio esse coeteram, De cuius tamen posteriore ratione nihil disputo; satis est ad propositum, hanc eius fuisse mentem, ut exsistaret, aeternitatis possibilitatem repugnare naturali rationi.